



10/10

3
1761
IMPVRITATEM STILI N. T.

ALIAM, ATQVE HVC VSQVE MOS OBTINUIT,
GRAECAE LINGVAE DISCENDAE
METHODVM
SVADERE DEMONSTRANS

V I R O S

GENEROSISSIMOS, SVMME VENE-
RABILES EXCELLENTISSIMOS, PRAENOBI-
LISSIMOS, CONSVLTISSIMOS, AMPLIS-
SIMOS CET.

SCHOLAE NOSTRAE

MAECENATES ATQVE INSPECTORES, OMNI
QVA PAR EST, ANIMI DEVOTIONE &
CVLTV PROSEQVENDOS,

NEC NON

OMNES MV SARVM FAVTORES atque AMICOS
HONORATISSIMOS

AD

EXAMEN ANNVVM

CVI SE ORDINIS SECVNDI DISCIPVLI SVBMITTENT
DIE X. MARTII, M DCC LXI. HOR. MAT. 9 --- 12.
PERHVMANITER INVITAT

IOANNES AVGVSTVS MILLING,
CONR.

CO THENII,
STANNO SCHOENDORFIANO.

IMPURITATEM STILII N. F.

ALMA MATER HUIUS UNIVERSITATIS
GRAECAE LINGVAE DISCENDAE
METHODUM
SVAEDERUS DISCIPULUS

VIRIUS

GENIUS VERTIOSISSIMUS SVMMI VERTI
L. VERTIUS VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS
L. VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS

SCIENTIA VERTIOSISSIMA
MAGISTER VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS
VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS
VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS

OMNES VERTIOSISSIMUS VERTIOSISSIMUS
HONORABILISSIMUS

EXAMEN ANNUALE

EXAMEN ANNUALE VERTIOSISSIMUS
EXAMEN ANNUALE VERTIOSISSIMUS
EXAMEN ANNUALE VERTIOSISSIMUS
EXAMEN ANNUALE VERTIOSISSIMUS

IOHANNES VERTIOSISSIMUS

IOHANNES VERTIOSISSIMUS
IOHANNES VERTIOSISSIMUS





§. I.



Quae meditatatus eram linguae hebraicae, cuius viam faciliorem atque aptiorem e methodo, scientiarum propria, superiore anno, cogere sum conatus, praecepta, eodem fundamento superinstructa, ulterius persequi, inpediuere, praeter caeteras rationes, potissimum & defectus luminum oculorum typographi, & typi sui hebraici angustia. Fautorum scholae tamen in manus, quum dare aliquid consuetudinis lege cogor, quod non adeo alienum a munere, mihi demandato fore videretur; ab Hebræorum lingua ad celebrem illam, quae olim in Græcia, omnium bonarum artium mercatura floruit, transeundi consilium inii. Quas vero circa hanc linguam proponendas existimaui animaduersionis, eo in primis tendunt; quo non solum iis sit melius consultum, quibus, in suo ipsorum studiorum genere ad ipsos Græcorum scriptores excurrere, in votis est; sed quo potissimum & facilius in futuro Sac. Litterarum cultore proba atque exacta oriatur stili Noui Testamenti peritia: non quidem superficialia, quae modo a translationibus latinis; nec praëdicatarum opinionum plena, quae ex ore præceptoris tantum hausta, teneris ac cereis iuuenum animis facillime se insinuans hæret simulque cum ae-

tate prouehitur. Nihil enim vnquam litterarum progressibus plura posuisse obstacula constat, quam opiniones, præiudicia idque genus plura, iam inde a primis annis nobis insita: quantumque hæc vero ac genuino Sacrorum Oraculorum sensui nocere possint, dici vix potest. Quæ quidem mala late repentina vitaturus, viam in-
eat & rationes, quare has pagellas, qualescunque composuimus.

§. 2.

Negotium ergo, quod molimur, viam in primis monstrat, qua duce alius quisque litterarum cultor ad vniuersæ græcæ linguæ notitiam; theologus vero ad veriorem, clariorem atque pleniorum Novi Fœderis peritiam ascendere facilius possit. Cuius quidem nec laudes & utilitatem, nec necessitatem prædicare constitui, quum omnes, magni nominis, Theologos, theologum ipsius peritia destitutum esse non posse, mecum consentientes habeo. Præter Burmannum, Altstædium aliosque hic nominare potissimum licet Franzium, qui, in interpretatione Sacrae Scripturæ post euidam p. 41. vtilitatem, & ostensam, p. 47. multis ex rationibus, necessitatem, linguam græcam (pariter atque hebræam) vernaculam Theologis vult, p. 9.

§. 3.

Atque prima græcæ linguæ Novi Testamenti exemplaria græca fuisse, nemo vnquam dubitauit, si modo discessero ab Euangelio Matth. atque Epist. ad Hebræos, quas hebraico; nec non Evang. Marci, quod Romano esse consignatum idiomate non nulli, rationibus licet haud adeo firmis, quas hic ad examen vocare nimis longum foret

ret

ret, asserere sunt conati. † Vti vero libenter istam linguam autographam profiteamur; ita e contrario longe a puritate atque elegantia dictionis Atticae recedere nulli dubitamus affirmare. Id quod quisquis attentus Oratorum Noui foederis lector, venustam atque decoram Demosthenis dictionem nec non Homeri poemata stilo Noui Testamenti æquiparaturus, haud adeo difficili opera inueniet. Equidem belle scio, Eruditorum patronos* puritatis stili Noui Testamenti exstitisse bene multos, ea potissimum de causa, quia, illa negata, quidquam auctori suo diuino derogari sibi sunt visi. Defectus vero illius tantum abest, vt auctoritatem imminueret aut suspectam redderet; vt potius confirmet, stabiliat, augeat. Quo enim tempore auctores huius Foederis ad scribendum, compulsi DEVS, non potuit non, & hominum, ad quos dandoscirauit eosdem libros, inseruire captui; & ea præcipue vti lingua, quae tunc temporis, nisi omnibus, tamen pluribus, maximamque partem erat vernacula, saltim notissima. Eam vero non æque puram elegantemque illam fuisse, atq; fuit æuo, quo vixerunt Homerus, Demosthenes, Isocrates, alique elegantissimi græcæ linguæ auctores, nostrum iam est, demonstrare; atq; ex eius demonstratione ianuam quandam, ad aliam addiscendi Noui Testamenti stilum rationem, aperire.

† Conf. E. Schmidii Præfat. ad Matth. Grotius ad Matth. I. Casanbonius Execit. 16. contr. Bar. Ligst. H. H. p. 193.

* Videatur Erasmi Schmidius in not. ad N. T. Ptochenii Diatribæ gr. L. N. T. Christ. Sigism. Gregorius in Vindictis N. T. ab Hebraïsmis; eiusdemque Hierocriticum N. T. Et in primis, Ant. Blackvall Auctores sacri classici, seu Critica N. Test. Lips. 1736.

§. 4.

Puritas Stili est Conuenientia eius cum emendatiore lingua. Hæc vero quum omnibus imperii cuiusdam regionibus non possit eadem esse emendatior; siquidem nec mores, nec instituta pari modo vbiuis possunt coli; atque pars regionis plus semper ab humanitate & commercio recedit atque altera, quæ tamen rationes emendatioris linguæ ponuntur; necessario oriatur Lingua, in certa quadam regione vsitator, a se ipsa tamen differens, vti in aliis regionibus est, id est IDIOMA. Quo vero emendatius, quo cultius, quo maiore diligentia, intensiore opera & cura id obseruatur; eo perfectius euadet. Perfectius Idioma, quum sit DIALECTVS; Dialectum vero Atticam omnes reliquas græcæ linguæ dialectos longe superare inter eruditos constat; dicamus PURITATEM linguæ græcæ, conuenientiam Stili cum Dialecto Attica.

Stilus pure græcus dicitur is, qui vere græcus est, nec ab aliorum Græcorum stilo alienior, talisque, qui ab Homero, Demosthene aliisque Græcis intelligi potest. Prochen, Diatr.

§. 5.

Genus scribendi Atticum, normam stili græci si profiteremur, indeque stilum diiudicandum volumus; omnes reliquas Græciæ dialectos non eas putamus, ac si nihil prorsus ad Puritatem conferrent; sed vti Attica omnibus potior fuit dialectus; ita & illam ad perfectiorem Stilum §. 4. plurimum, reliquas plusue minusue fecisse intelligimus. Maior enim consensus ad puritatem, quoniam non excludit minores, hi licet tantum remotius ad perfectum idioma adspirent: & congruit Stilus græcus reliquis

quis dialectis græcanis. Quo ergo minus, quo remotius, Dialectus quædam accedit Atticam, eo minus est habenda pura & vice versa.

§. 6.

Iam vero stilum Noui Testamenti §. 3. puritatis eae non esse, qualis §. 4. 5. esse deberet, breui inquiramus. PERSPICUITATI enim, quae est perfectio, signatam cognitionem non impediens, sed facilius promouens, puritas nunquam obesse debet. Hac vero, a Viris $\Theta\epsilon\omicron\pi\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\omicron\iota\varsigma$ in Nouo Testamento adhibita, illam locum habere non potuisse, liquet ex eo; siquidem promotionem cognitionis illorum, ad quos auctores N. Testam. scripserunt, finem fuisse primum, nihil dubitari potest. Quibuscum enim suam sibi a DEO reuelatam doctrinam viri $\Theta\epsilon\omicron\pi\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\omicron\iota\varsigma$ communicare volebant; neque Hebraica, vel ut tum mos obtinebat, Chaldaico-Syriaca lingua loquentes; neque pura græca callentes, erant; sed potius a Iudæis oriundi, in vniuersam Græciam dispersi, & potissimum in Alexandria tegentes, qui Hebraicarum litterarum inscitiae suae consulentes iam trecentis fere annis ante Christum natum Versiorem Hebr. textus sibi Alexandriae* scribendam curauerant Græcam; quæ adhuc, nomine LXX. Interpretum ex fabellis orto, in manibus nostris versatur.

* Brideaux Connex. des H. und R. E. P. t. c. i. pag. 35. 199.

§. 7.

Versiorem hanc Alexandrinam, qua Iudæorum plurimi, Christi temporibus, Hebraici Codicis loco, vsi sunt, pure græcam §. 4. 5. esse, nec forma stili probat, nec Eruditorum, ni fallor, quisquam affirmare ausus est. Omnes enim hi extra Palæstinam tegentes, non solum patriæ linguæ

guæ obliterati; & teste Huetio D. E. prop. 14. p. 419. prope nullam hebraicæ loquelæ notitiam habebant, eiusque linguæ fere rudes erant atque inscii; sed & græco sermone, vulgo loquebantur & libros sacros græce scriptos in Synagogis prælegebant &c. Iudæis inde ipsis natam esse distinctionem τῶν Ἑλλήνων καὶ Ἑλληνιστῶν. Actor. VI, 1. videmus, ipsosq; Hellenistas sive Iudæos Græcanizantes Hierosolymis habitasse, ipse ille locus comprobatur; maximam vero partem eos fuisse, quos inter immediate scripta sua divulgaverunt Evangelistæ atque Apostoli, extradubitationis telum res est posita, teste Histor. Eccles. Hinc ipsa negotii natura impuritatem Stili Novi Testamenti suadet, §. 6. Lege nimirum debiliore Puritate cedente fortiori Perspicuitati.

§. 8.

Atque secundo loco stilum Novi Testamenti haud pure græcum fluere, certos ac persuasos nos reddere possunt ipsi Viri sancti, quos Auctores huius Fœderis DEVS misericors esse voluit. Iis enim, licet peritia omnium linguarum, auxiliante Spiritu Sancto largiter essent tincti, hæc lingua Hellenistica nisi pæne vernacula, valde tamen familiaris esse consueverat. Quæ pro nobis hac in re militant argumenta, sunt

- 1.) quia maior eis cum Hellenistis intercessere usus, societas & commercium; quin ipsis Hierosolymis §. 7.
- 2.) quoniam omnes fere, quos in Nouo Testamento, non ex veteri Testamento; sed versione Alexandrina commemoratos legimus, loci testes sunt locupletissimi, ipsis & stilum versionis illius ex frequenti

cuis

eius lectione in usum & consuetudinem iam diu ab-
iisse.

3.) Atque ipsæ ex Iudæis congregatæ Ecclesiæ, qua-
rum gratia scribere iubebantur, id genus scriben-
di postulabant. Quum enim iam dudum apud
illos eadem lingua Hellenistica cultui Dei Ecclesiasti-
co rebusque diuinis §. 7. 8. sacra esse cœperat; hinc
etiam ad vltterius eius exercitium omnium lingua-
rum videbatur commodissima.

Lingua autem hæc, vti minime §. 7; ita nec æmula ipsius,
Noui Fœderis lingua, Græcorum puritati congruebat §.
4--7; quemadmodum ipsi eius auctores sunt docu-
mento.

§. 9.

Tandem ipsæ res & veritates, viris Θεωπιευστοῖς reue-
latæ, non æque bene puritatem illam admisisse videntur;
cum veritates huc vsque in vulgus nondum notas prædi-
cando; tum & notarum vocabularum potestates aliter fi-
gendo. Plane ad hoc tempus incognitas veritates vi do-
naturis maxime opus erant noua signa & termini; hinc
varii modi, ea inter se invicem connectendi, pariter ac fle-
ctendi ordinandique. Hinc inde natas conspicimus no-
uas constructiones, puritati græcæ linguæ haud conueni-
entes. Equis enim nostrum est, quem hæc ab illis reper-
tæ voces & termini diuinarum veritatum fugiunt? In
quorum numero adgregamus τὴν παλιγγενεσίαν, τὸ εὐαγγέ-
λιον, ὁ λόγος; idq; genus plura. Vocabula vero ac formulæ lo-
quendi, quas aliis, atq; consuetudo superiorum temporum
fuerat, conceptibus, ornabant, erant v. c. χάρις; δικαιοσύνη;
πίστις; πιστεύειν εἰς τινα &c. &c. Quo plures eæ autem e-
rant; quo sæpius: & nonne de iis semper sermo est? re-
B latum

latum erga alia vocabula positum nanciscebantur; eo minus puritati Stili græci conueniebant. Hinc denuo patet impuritas Stili N. T.

§. 10.

Vltimum quod est, ipsa pro nobis huius Fœderis loquitur scribendi ratio. Hebraicum enim idioma vbiuis redolere; genium atque indolem Hellenistarum sapere,* hinc atque inde Syriafinis, Chaldaïsmis, Latinifinis &c. scaterere, facile quisquis accurata mentis trutina perpenfurus inueniet. Neque vero hic locorum citationem, Verf. Alexandrini §. 8. puritati quidquam detrahere arbitramur; nisi omne, eadem de causâ, puritate atq; ornatu suo ipsum, elegantiae Romanæ patrem, Ciceronem firmus priuaturi, sed potius Græcis ignotæ voces, earum inusitata iunctura; mores loquendi noui, constructiones ab iis diuersæ, pariunt, quam loquimur, impuritatem §. 4. 5. Quam quidem licet intelligere ex multis exemplis; in quorum commemoratione nobis vero non conuenit esse, prolixioribus. Notari saltim possint: 1.) Voces hellenisticæ Βῆλα Matth. I, 1. Historia &c. coll. Gen. V, 1. Σάξ, Gen. VI, 3. 12. Ief. XL, 5. Σπλάγχνα coll. Genef. XLIII, 14. Ὀμολογεῖν, laudare, gratias agere Ebr. XIII, 15. coll. Pf. CXXXVI, 1. sqq. 2.) Loquendi formulæ: e. gr. καὶ ἐγένετο. Οικοδομημένοι ἢ πορευόμενοι ἐν φόβῳ τῆς κυρίας. Act. IX, 31. coll. 2. Reg. III, 1. Ἐισέρχεσθαι ἢ ἐξέρχεσθαι, officio fungī. Μίσεν. Posthabere, minore amore profequi &c. Plura vero tacemus, eaque desiderantem ad ipsam Noui Testamenti lectionem remissum volumus.

* Ligtf. Hor. Hebr. p. 137. Reliqua videri licet apud eos, qui ex instituto hac de re disputarunt. Euolui merentur Io. Voistii

Com

Comment. de Hebraïsmis N. T. Casp. Wyßii Dialectologia *lat.*
 Thom. Gaaker de stilo N. T. vbi Pfochenii Diatribæ in examen
 rigidissimum vocatur.

§. II.

Quibus, quas diximus, rationibus §. 6---10. ducti sti-
 lum Noui Testamenti puritate vere græca ornatum esse
 §. 4. 5. merito ac iure negamus. Namque summa summi
 Numinis sapiëntia, vnde sibi pæsidium puritatis defen-
 siones petunt; sin ad eruditorum, verborum inspirationem
 tuentium, partes eamus, sin ad eas iis aduersantium;
 in inspirandis tamen veritatibus, maxime intellectu ne-
 cessariis, nunquam a fine primario recedit §. 6. 3. A fi-
 ne vero, ex industria non obseruato secundo, ad eius
 ignorantiam non valet Consequentiã §. 8.

§. 12.

Deinde vero, quando obiiciunt puritatem Vet. Te-
 stamenti longius paullo probationum finibus euagari so-
 lent, quam iustum est. Argumenta vero plus proban-
 tia, nil probantibus adnumerari, Logicam magistrã
 edocti scimus. Licet enim faciles puritatem istam con-
 cefferimus; siquidem hic, quanto iure dari possit, nihil
 affirmare volumus: ab ista tamen ad Nouum Instrumen-
 tum colligi nequit. Pari enim iure ad purum librorum
 Danielis, Estheris, Iobi aliorumque Hebraïsmum conclu-
 sio regeri posset, quod falsum. Nec, quo niti sibi videntur,
 obstat Pauli locus 1. Cor. XIV, 8---10. nihil aliud indi-
 gitans, nisi se ea lingua in concione populi prædicari iu-
 bere, quam qua ipse populus bene calleat.

§. 13.

Ipsas vero quod attinet probationes, quibus supra

§. 3.

§. 3. laudati viri suam suffulcire puritatem annuntur ; negotio huic nostro haud facere videntur satis. Non enim, meo quidem iudicio, unam alteramue vocem ; hoc vel illud exemplum apud Oratorem vel Poëtam existare ; vel huic illumue dicendi modum semel iterumque ab iis esse vsurpatum, probare ; atque exinde natiuum quendam stilum græcum Noui Testamenti elicere, sufficit : sed omnis potius eius dictionis indoles, forma loquendi, facies & corpus orationis conueniant cum ea, quam superstitem deprehendimus apud bonæ notæ auctores, græcitate oportet. Multo vero minus, in auxilium sæpe vocati Ecclesiæ patres, frequensque ad eorum scripta pro-uocatio quidquam hic facere iudicamus ; iis enim, licet, non nunquam arbitri iudicesque puritatis ponantur, haud aliter tamen fieri potuit, quin multum diuque sacras Noui Testamenti paginas voluentibus, earundem & stilus familiaris redderetur. Ab eorum itaque loquendi consuetudine ad tollendum Novi Foederis Hellenismum haud firmam esse patet consecutionem §. 4. 5.

§. 14.

Quibus demonstratis, ad ipsam linguæ græcæ discendæ methodum, qualis hodie scholis nostris vulgaris esse consuevit, pergimus. Istius autem linguæ neglectam apud nos puritatem tristis queritur vniuersa experientia ; quibusque præter consuetudinem, Homerus, cum reliquis elegantiorum litterarum græcarum scriptoribus, sit familiaris, oppido sunt pauci. Cuius quidem mali late serpentis fontes scrutari eorumque riuulos detegere, instituto meo alienum iudico ; in methodum potius discendi, quantum quidem in causâ neglectæ græcitatatis esse possit, in-

inquirenti. Multis iam abhinc temporibus omnis fere græcæ linguæ notitia ex Novo Testamento, tanquam auctore classico peti cœpta est. In eo statim post prima elementa, explicando, imitando, huic elaborationes, maioris eius linguæ acquirendi habitus causa, susceptas pariter ac præceptas accomodando omnis doctorum scholasticorum versatur institutio & labor. Hanc vero viam, ad nativam & tersam græcæ linguæ indolem penetrandi non esse, supra demonstrata præcipiunt.

§. 15.

Si qui enim sunt, qui provehi in litteris Græcorum cupiunt, vel operam navant suam futuram diuiniorem, vel aliis salutaribus doctrinis. Vtrique horum notitiam suam non intra limites stili græci Novi Testamenti circumscriptam voluerint; sed delibare potius & exteros illius linguæ scriptores, quos vocant, profanos, optauerint. Hi autem sunt, qui puri Græcorum, natiuitatem & genuinum linguæ splendorem litteris suis consignerunt. §. 4. 5. Quos itaque purioris elegantiorisque dictionis Atticæ auctores, reliquis §. 5. tamen non exclusis, bene intellecturus, non initium discendi trahat a stilo N. Testamenti impuro; sed alterum potius sibi eligat, a puritate ista non ita longius recedentem, summopere est necesse. Iuuenis enim animus, hac impuritate semel imbutus, difficiliore opera, sæpe fastidium commouente, puritatem sapere diffeet. Loquuntur id patres Ecclesiæ testemque profite-mur omni exceptione maiorem Romanorum linguam. Nequaquam enim ab impuro, licet faciliore, argenteæ, ferreæ alterius ætatis scriptore initium discere facimus. Quo felicius ergo ad genium linguæ græcæ adspiramus,

C

alius

alius statim ab initio est feligendus auctor, elegantiore purioreque stilo locutus. Quo enim semel est imbuta recens, feruabit odorem testa diu.

§. 16.

A teneris ergo, quemadmodum ait Poëta, vti omnibus rebus, ita & præcipue linguarum addiscendarum puritati assuescere multum, quid? quod plurimum. Hærent enim animo infixæ, phrasæ, locutiones, circuitus, voces, se magis magisque ingerentes, vsque omnem puræ dictionis gustum euertant. Ne itaque impurus, aliasque grammaticæ facilis Noui Testamenti stilus, prius in succum & sanguinem vertatur, quam puritatem Atticam docemur: iure iam prima ætate iuuentuti auctorem veletiam difficiliorem; sin modo pure græcum commendandum iudicamus. Quare mecum faciens Morhofius Pol. L. II. c. 9. Et me quidem, inquit, iudice, præstat, electione optimæ dictionis prima ducere lineamenta sermonis sqq. Et quia paulo post pergit: Nimirum si in eloquentia formanda, quod fieri prima ætate debet, a Cicerone paucisque aliis discesseris, turbabuntur omnia; quare non & hæc verba nostra facere & Demoftheni, Homero, Isocrati paucisque aliis acommodare possemus. Si sermonem purum, concludens Morh. ait. & aureum velis, omne subæratum remoueas, necesse est, vsq; dum maturioris ætatis vsuque firmatæ iudicio sequiorum ætatum scripta secure tractari possunt. Hæc ille. Ex quibus vero, non a stilo Noui Testamenti, sed alio quodam puriore auctore primordia linguæ esse capienda, luculenter patet.

Obf

Obf. Ordo fere feruandus eſſet hic ; Primo legendum **Historicum** quendam, vel fabularum ſcriptorem, qualis **Aeſopus &c.** vel quasdam etiam collectiones bonæ notæ diſtionis, vti ex **Hoſocrate & Plutarcho** proſtant, vel quas ex pluribus fecere docti viri iudicamus. Deinde vero ſtatim ſubiungi poſſet ipſe **Demosthenes, Homerus** **Tragicorumque** quidam.

§. 17.

Ipfis & ſanctioris diſciplinæ cultoribus hanc methodum vſui fore perquam magno, non dubium eſt. Fieri enim non poteſt, quin neglecta hac via §. 14 --- 16. malis §. 1. enumeratis mirum in modum diſturbentur. Cum prima enim lectione atque institutione ſimul & praua ſæpius verſio, opiniones & præiudicia, quibus haud raro mirifice ſibi placent præceptores, bibuntur, propagantur, inque ſuccum vertuntur atque ſanginem. Hinc inde ſæpiſſime enatos errores quis neſcit ? De præiudiciis his, e perpetua Noui Teſtamenti tractatione, quoad ſtilum puta, experientia teſte, quum idem valet, quod §. 14 --- 16. de puritate diximus ; certe maiores ſibi colliget fructus Theologus, ſi, rite primum intellecta græca lingua, ex hac tandem emigret ad ipſum Noui Teſtamenti ſtilum, eumque prouectiori ingenio iudicioque & indefeffore labore legere, vertere, verumque ſenſum enodare, conetur. Theologo enim vere tali, non alienis, vti iam mos inualuit ; ſed ſuiſmet ipſis videndum eſt oculis, quæ vera ſit verborum cohærentia, qui ſenſus, ab ipſo diuino auctore illatus, quæque genuina vocabulorum ſignificatio. Ad quæ omnia facilius penetrabit, ordinem hunc noſtrum ſecuturus.

§. 18.

§. 18.

Quodsi vero hanc nostram methodum facilioris intelligentiæ, & Noui Testamenti §. 17. suademus, intelligi tamen nolumus, ac si illud ex profanis illis auctoribus esse interpretandum poneremus, cuius quidem contrarium patet ex §. 3. 5. 6. 9. 10. 13. sed potius aliis iisque diuersis esse vtendum adminiculis ad genuinum Noui Fœderis, quam ad profanorum scriptorum stilum, perueniendi, statuimus, Ianuam ad puræ dictionis græcæ intelligendos auctores nobis patefacere Lexica vniuersalia, Henrici nimirum Stephani Thesaurum Ling. Gr. Io. Scapulæ Lex. Græco-Lat. inter manuales vero Schreuelii Lex. cuius notum est. Dictio vero Nov. Test. impura, maximamque partem Hellenistica, quum fluat §. 6---10. veri perfectique eius sensus indagatio & alia requirit media, ab iis diuersa. Quibus quidem, ob Hellenismum §. 7. 8. vbiuis ibi obuiam adnumeramus

- 1.) Vsum lectionis V. Alex. frequentem; siquidem easdem, ac in N. T., auctores figerunt verborum potestates.
- 2.) Parallelismum, seu diligentem locorum Veteris, præsertim vero Noui Testam. inter se comparisonem.
- 3.) Concordantias N. T. græcas v. gr. E. Schmidii Conc. N. T. Edit. Ern. Sal: Cypriani Lips. 1717.
- 4.) Lexica ad hunc vsum potissimum compilata: Io. Conr. Dieterici Lexic. philologico-theologicum; Io. Conr. Schwarz Lex. græc. N. T. in primis vero Chr. Stockii Clavis Ling. sanctæ. N. T. vt & Paforis L. græco-lat.
- 5.) Criticas sacras N. T. v. c. Eduard Leighii.
- 6.) in V. Alex. Petr. Meintert Lex. græco-lat.

Qua

Qua quidem methodo, quibusque mediis adhibitis, nulli dubitamus fore, ut quisquis & facilius ad vniuersam Græciæ litteraturam, & perfectam sensus Novi Testamenti stili intelligentiam euehatur. Plura vero hic aduicere & institutum & chartæ spatium prohibent.

* * *

* * *

* * *

Reliquum quod est, pauca adhuc dicemus de eo, quare hæc pagellas composuimus. Adest nimirum dies, quo publice rationem institutionis & morum & doctrinæ reddere iubemur. Vbi simul, exercitii causa, discipuli docebunt FABVLAM, cui nomen est PHOCION cuiusque memoriam reliquit Nepos. Personæ vero, quas inducunt, sunt

- 1.) Phocion, Imperator Atheniensium.
- 2.) Demetrius, ipsius Collega.
- 3.) Demas, Princeps quidam Atheniensis.
- 4.) Emphyletus &
- 5.) Dercyllus, Principes Athen. Phocionis Familiares.
- 6.) Mites, Præfectus militum, Pyreæum tenens.
- 7.) Phanotes &
- 8.) Arkas, Legati Polisperchontis e Macedonia.
- 9.) Lymachus &
- 10.) Mirander, Iudices Athenienses.
- 11.) Agonis &
- 12.) Chares, Inimici Phocioni eiusque accusatores.
- 13.) Achetas &

D

14.)

14.) Phærotas Phocionis amici simulque cum eo captis damnati.

15.) Reyon, Macedo, olim legatus.

Qui has personas inducunt sunt Discipuli :

1. Martinus Andreas Ludouicus Nordmann, Girsleben-Cotheniensis.
2. Henricus Guilielmus Bramigk, Cotheniensis.
3. Carolus Fridericus Guilielmus Rindfleisch, Coth.
4. Christianus Gottlieb Rindfleisch, Cotheniensis.
5. Carolus Leopoldus Vierthaler, Cotheniensis.
6. Christianus Georgius Gœfche, Cotheniensis.
7. Christophorus Lebrecht Bantsch, Cotheniensis.
8. Carolus Ludouicus Augustus Schlichter, Cothen.
9. Eduard Hermann Schneider, Berbice-Americanus.
10. Christianus Gottlob Nordmann, Cotheniensis.
11. Henricus David Gottfried Blei, Cotheniensis.
12. Philippus Andreas Pfizzau, Cotheniensis.
13. Carolus Fridericus Leopoldus Schnabel, Cothen.
14. Carolus Ludouicus Hermann Guilielmus Lobethan, Cotheniensis.
15. Ioannes Ludouicus Krellwiz, Cotheniensis.
16. Henricus Lebrecht Bærendt, Cotheniensis.

Quas etiam hoc anno iterum vertente Vestro INSPECTORES ac PATRONI summopere Colendi ! Qui Vestro diuino verbo Ecclesiam, & grati consilio ciuitatem patriam pascitis, iudicio acerrimo subiicere exercitationes iubemur, in bonam partem interpretemini ; in eoque me semper esse totum industria & precibus, Vobis persuadenda-

deatis, vt scholæ falus floreat, iuuentus bonis litteris in-
 fruatur, fideliterque in moribus emolleſcat. Et ſi qui
 diſcipulorum ſunt, qui me duce atque auctore in humani-
 tate longius ſunt progreſſi, permittatis, vt illud de no-
 ſtro, erga Vos Veſtraque merita, obſequio, teſtetur. Co-
 natus vero noſtros licet tenues, aſt bonæ mentis, boni
 conſulatis & futuros patrociniſt Veſtro adiuuetis. De-
 nique vero huic noſtro Examiſi, vt frequentes adſitis,
 Veſtræque celebratione maius ornamentum adferatis, ea-
 que præſentia beneuoli erga nos animi ſignum præbeatis,
 eſt, cur non ſolum PATRONOS & INSPECTORES ma-
 ximopere Suſpiciendos. ſed & omnes Muſarum noſtrarum
 PROMOTORES atque AMICOS Honeratiffimos, ea-
 qua decet, animi deuotiſſimi obſeruantia enixe
 oramus, rogamus.



dicitur ut scilicet talis fuerit, inueniens bonis litteris in-
 struat, fideliterque in modis emolletur. Et si qui
 dilectionem suam, quibus dicitur auctore in humani-
 tate longius sine progressu, peruenit, ut illud de no-
 stro, circa Vos Vestramque obsequio, edictum. Co-
 acta vero nullo modo, sed tunc, ad bonum mentis, boni
 consilii & iurum, peruenit, ut adueniat. De-
 nique vero, huiusmodi, ut ut trahentes additis,
 Vestraque electione, minus emanent, aduersus, cu-
 que presentia, beneuolentia, nos animi, in hunc modum,
 est, cuius, huiusmodi, ut ut trahentes additis,
 xim, per, huiusmodi, ut ut trahentes additis,
 THOMO, huiusmodi, ut ut trahentes additis,
 qua, dicitur, huiusmodi, ut ut trahentes additis,
 omnia, huiusmodi, ut ut trahentes additis.



147 669

V18-3

ULB Halle 3
008 551 707



5b.

R





3
1761.

IMPVRITATEM STILI N. T.

ALIAM, ATQVE HVC VSQVE MOS OBTINUIT,
GRAECAE LINGVAE DISCENDAE
METHODVM
SVADERE DEMONSTRANS

VIROS

GENEROSISSIMOS, SVMME VENE-
RABILES EXCELLENTISSIMOS, PRAENOBI-
LISSIMOS, CONSVLTISSIMOS, AMPLIS-
SIMOS CET.

SCHOLAE NOSTRAE

INSPECTORES, OMNI

NIMI DEVOTIONE &

OSEQVENDOS,

ET NON

FAVTORES atque AMICOS

ATISSIMOS

AD

ANNVVM

DI DISCIPVLI SVBMITTENT

C LXI. HOR. MAT. 9 --- 12.

ITER INVITAT

VSTVS MILLING,

ONR.

HENII,

OENDORFIANO.

